



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CLXIII. Ioannis Papae VIII. Ad Tres Archiepiscopos, Eorumque  
Suffraganeos. Ne Bicbertinum ante causae discussionem excommunicent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA CLXIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD TRES ARCHIEPISCOPOS, EORVMQVE

SVFFRAGANEOS.

Ne Bicbertinum ante causæ discussionem  
excommunicent.

*Reuerentissimis & sanctissimis confratribus nostris, Aureliano, &  
Otteramno, nec non & Theodorico, & uniuersis  
coepiscopis vestris.*

**O**MNIVM vestrum sanctitati notum esse volumus, venisse Bicbertinum deferentem imperatoris præceptum, & commutationis chartulam de rebus quas carius cum Amulo archiepiscopo dudum celebrauerunt. Insuper nostro apostolatui intimauit, vt eum sine ratione discussa excommunicare vultis. Quapropter apostolica auctoritate iubemus, vt nemo vestrum eum excommunicet, antequam ad legis examen proueniat. Scitote, quemadmodum in centesimo capitulo Africani Concilii legitur, similiter in secundo nouellarum Iustiniani libro, vt nemo episcopus aut presbyter aliquem excommunicet, antequam causa probetur. Qui excommunicatus maiorem sacerdotem adeat, & ille qui iniuste excommunicavit, ab ipso iuste patiatur. Et nemo vestrum, aut quilibet laicorum, præfati res ante legis sanctiōnem inuadere audeat. Nam, quod non credimus, si quis contra hanc nostram apostolicam auctoritatem ire tentauerit, sciat se anathematis vinculo innodandum. Data vt supra.

EPI-